

THEODORICVS VERONENSIS OSTROGOTHORVM REX.



**T**heodoricus filius fuit Theodemiri regis Ostrogothorum ex Arilena cōcubina, qui adolescēs adhuc Leoni Imperatori Orientis obfes datum, & postea patri liberaliter restitutus fuit. Deinde etiam à patre aduersus Sarmatas cum exercitu missus, prosperē in hostē pugnauit, atq; eius gentis regem Bachum acie interfecit. Hac eius felicitate Ostrogothi moti, eum post patris mortem regem eligunt, erat enim is præter animi & corporis fortitudinem omnis generis uirtutibus præditus, atque optimis quibusque antiquorum ducibus comparandus. Hinc factum ut aliquandiu Ostrogothis optata pace magna prudentia præfuerit. Cum autē Odoacris ductu Herulorum gloria in Italia fulgeret, Ostrogothi inuidia moti, cū Theodorico agūt, ut in Italiam aut aliō exercitū ducat, ne totius generis bellica uirtus extinguat. Visigothos gentē cognatā totā Hispaniā sibi subiecisse, Agtaniā & Vasconiā ab Halāis teneri, ab Ānglicis Saxoib.